



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An electio, præsentatio, confirmatio, collatio, vel quævis alia provisio
beneficii Simoniaca, sit ipso jure irrita?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

niam non redimatur vexa iuris spiritualis
jam quæsti, sed querendi primum,
prout habetur etiam ex c. Audivimus

41. Ex c. Ne Dei 43. b. t.

Secundò pater ex c. Ex diligentii. 17.

b. t. homagium præstare pro beneficio
obtinendo, Simoniacum esse, cùm res
temporalis, obsequia scilicet, pro spiritu-
tuali detur. Neque huius obest, quod
omnes Clerici, quando recipiunt à Præ-
latis beneficia, fidelitatis juramentum
eis præstare debeant, quia per tale jura-
mentum non obligatur Clericus ad fer-
vitia temporalia præstanda Prælatis, si-
cui obligatur per homagium, quo fit
vasallus & subditus illius, cui homagium
præstat.

Tertiò committitur Simonia, si pro
temporali obsequio promittitur benefi-
cium Ecclesiasticum. c. Cùm effent. 12.
b. t. quamvis enim spe obtinendi ab ali-
quo beneficij, aut præsentationis servire
possit alicui aliquis, modò nulla pactio
interveniat, ob promissum tamen bene-
ficium obtinendum servire alicui, Simo-
niacum est, cùm sine pacto vendendi
taliter & emendi pro obsequio tempo-
rali beneficium spirituale, hoc non fiat.
Quartò committitur Simonia in electio-
nibus ad Prælaturas, non tantum, si pe-
cunia detur pro electione certæ ac sin-
gularis personæ, quamvis illa dignissima
esser, sed etiam, quando ex pacto dant
sibi invicem mutua suffragia, quando
pecunia alicui datur, ne consentiat in
electionem alicujus (non quidem, quan-
do præcisè datur, ne eligatur indignus,
quia ut sic nihil tempore datur pro spi-
rituali, sed procuratur tantum bonum

Ecclesiæ) quando pecunia datur pro ob-
tinenda confirmatione, præsentatio-
ne, &c.

§. III.

*Quomodo Simonia committitur in
receptione Canonicorum?*

Bona tua offerte Ecclesiæ, cum pacto,
ut recipiatur in Canonicum, & bo-
nis his, ut Canonicus frui possit, dum
vivit pro præbenda, Simoniacum est. e.
Tua nos. 34. b. t. Si verò purè, & sine
pacto, bona sua Ecclesiæ quis offerat, &
roget tantum humiliter, ut in Canoni-
cum se recipient, & sibi hæc bona, dum
vivit, pro præbenda relinquant, receptio
talis in Canonicum Simoniaca non est,
(nisi intentio prava efferentis Simo-
niacum faciat) cùm in priore casu, ex pa-
cto in Canonicum talis, pro re temporali
oblata, recipiatur, non autem in poste-
riore casu: & quamvis de jure etiam
alia prohibeantur in admissione ad Ca-
nonicatus, ea tamen multum urgere,
est damnare receptam in Ecclesiis Ca-
thedralibus, & Collegiatis nostræ Ger-
maniae consuetudinem, quæ vigeat scien-
tibus & tacentibus Episcopis.

§. IV.

*An electio, præsentatio, confirma-
tio, collatio, vel quamvis alia provisio
beneficij Simoniaca, sit ipso
jure irrita?*

Electio, præsentatio, collatio, con-
firmatio, seu quamvis alia beneficij
provisio, per Simoniam facta, non qui-
Zz zz 2 dem

dem jure naturæ irrita est , sed jure Ecclesiastico , sive Simonia ab ipso electo , sive ab alio , electo tamen v. g. sciente , & non contradicente , facta sit , c. Matthæu 23. b. t. Imò ex c. Ex insinuatione 26. b. t. patet , irritam esse provisionem talam Simoniacam (de jure Ecclesiastico) signorante etiam electo facta sit , prout etiam probatur ex c. Nobis 27. b. t. & Extravag. cum detestabile 2. b. t. inter communes . cùm in tali casu puniatur non tam Simoniacè promotus , qui de Simoniaca hac sibi facta provisione tum nihil scivit , quām Simoniaca provisio.

§. V.

Quando electio , vel collatio beneficij Simoniacæ facta ignorantie electo , vel proviso , non est irrita ?

Duo communiter casus referuntur , in quibus electio v. g. simoniacæ facta , ignorantie tamen electo , non est ipso jure irrita. Primò scilicet , si ab alio , ignorantie electo , pecunia v. g. promissa , aut data est in fraudem eligendi , ut ne scilicet electio illius vim aliquam haberet , juxta cie. c. Nobis cùm in tali casu malitiis hominum indulgendum non sit , & nemo alterius odio prægravari debeat. Secundò , si electus v. g. contradicat promissioni , aut dationi Simoniacæ ab aliis , ignorantie tamen eo , factæ , c. Sicu 33. b. t. ne alterius factum , quod non scivit , & sufficienter contradicendo præcavere studuit , illi præjudicet.



An , & quatenus licitum fit ut
vel accipere pecuniam ad redimendam
vexationem in beneficio , vi-
non sit licitum ?

Tres communiter regule ad hoc rem conductentes traduntur à DD. Prima est , quod post jus acquisitionis beneficio per legitimam electio con postulationem , confirmationem , substitutionem , vel collationem , non definiens , pecuniā , vel alia te preto atimibili redimere vexationem , que ad ius in be neficio tollendum injuncta inferunt , qui qui dat in tali casu pecuniam , non dat illam pro re spirituali obtempera , quem jam habet , sed pro tollenda injicta vexatione , uti colligitur ex c. Dilectu 21. b. t. Secunda regula est , quod pro pte non dum acquisitione in beneficio , sed pecunia acquirendo , non licet ab illo Simoni acutio , pecunia oblatâ , redimere vexationem , etiam injustam , ab eo qui tantum obesse , sed etiam prædicta pos test , dando scilicet , juxta portulanum , quam habet , spirituale illud , quod comp rendendum erat , quia talis intendit spirituali sibi acquirere per imperiale medium , & viam sibi per haec operas aperire ad spirituale acquirendam , possit colligitur ex c. Matthæu 23. b. t. Quod si tamen , que tercia regula est , illi , si premium temporale ad vexationem in justam impediendam datur , obesse quidem posset , nihil tamen ad spirituale regredendum professe , seu conferre , posset Simoniacum , dare illi pecuniam v. g. ut nocere desinet , quia in talibus